

Philos



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELL.
CRACOVENSIS



kat.komf

59343

Mag. St. Dr.

Brocki Matthias: Quaestio physica ex libro 3. Aristot.
Actus de anima, de intellectu possibili et agente.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002196

*Questio phisica de intellectus possibilis
et agente*

Thomas Aquinas

2 Po 1806 d. July. p. 100 B. 100 347.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

Q U Æ S T I O P H Y S I C A,

Ex Libro 3. Aristotelis de Anima,
De Intellectu possibili, & agente;
SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,
Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,

**D. M. JACOBI
BALTAZAROWIC,**
S. TH. DOCTORIS, ET PROFESSORIS,
Collegij Maioris Senioris Patris, Ecclesiarũ, Ca-
thedralis Crac: CANONICI, Collegiatæ SS:
Omnium PRÆPOSITI, Curati Prossouiensis, Con-
tubernij Staringeliani PROVISORIS,
Studij Almæ Vniuersitatis Cracouiensis,
GENERALIS, & VIGILANTISSIMI
R E C T O R I S,

59343 III

A

M. MATHIA BROCKI,
*Philosophia Doctore, Ordinario Eloquentia in Collegio
Minori Professore,*

Pro Collegio Maiori,

PUBLICÈ ad DISPVTANDVM

P R O P O S I T A.

In Peraugusto DD. Theologorum Lectorio,
Anno Salutis 1684. Die 27. Mensis Iunij-Hora 10.

CRACOVIAE, TYPIS VNIVERSITATIS.

Q V Æ S T I O P H Y S I C A.

V Intellectus possibilis, qui est pura potentia in genere intelligibilium, habens pro Obiecto proportionato & per se primo, in statu abstractionis, quidditates rerum Spiritualium; & seruans identitatem realem cum memoria intellectiua; distinguatur realiter ab intellectu agente, nec ne?

CONCLUSIO I.

Intellectus possibilis, est pura potentia in genere intelligibilium.

C O R O L L A R I A.

- I. Intellectus possibilis, vi sua Naturali, potest omnia intelligibilia comprehendere.
- II. Intellectus possibilis, non est pura potentia in genere entis.
- III. Entitatem propriam actualem, non excludit a se intellectus possibilis.
- IV. Intellectus possibilis, est potentia Spiritualis, immediate subiectata in anima rationali.
- V. Adeo Spiritualitatem retinet intellectus possibilis; ut nulli unquam organo corporeo affigi velit.

CONCLUSIO II.

O Biectum proportionatum, & per se primum intellectus possibilis, in statu abstractionis sunt quidditates rerum Spiritualium, conuenientium cum illo, in eodem gradu immaterialitatis.

COROLLARIA

- I. *Substantia separata sunt omnino Spirituales, & segregata à Materia.*
- II. *Substantia Angelica, non sunt Obiectum proportionatum per se primò intellectus nostri, in statu separationis.*
- III. *Cognitio Naturalis animæ nostra separata, est imperfecta, & deficiens circa Naturam Angelicam.*
- IV. *Intellectus humanus, ut abstrahit à statu vite, & à statu separationis, prescindit ab obiecto proportionato.*
- V. *Convenientia, quam habet intellectus humanus pro hoc statu, cum Substantiis seu quidditatibus Spirituibus: est tantum quoad entitatem; non autem quoad modum essendi.*

CONCLUSIO III.

Memoria intellectiva, est eadem realiter cum intellectu possibili.

COROLLARIA

- I. *Proprietates tam memoria intellectiva, quam intellectus possibilis, non discriminantur ad invicem inter se, & à se.*
- II. *Æquè intellectus possibilis, atq; memoria intellectiva, conservant species intelligibiles.*
- III. *Per phantasmata excitantur species intelligibiles, quibus utendo intellectus, reminiscitur talis vel talis Obiecti.*
- IV. *Tam intellectus possibilis, quam memoria intellectiva, elicit, & recipit actus.*
- V. *Memoria intellectiva, prout est potentia Spirituality, residet in parte intellectiva animæ rationalis.*

CONCLUSIO IV.

Possibilis intellectus, realiter distinguitur ab intellectu agente.

COROLLARIA.

- I. *Diversa est intellectio intellectus agentis, ab intellectu possibili.*
- II. *Præcipuum munus intellectus agentis est, illuminare phantasmata.*
- III. *Intellectus agens, non est aliquid ab anima separatum; sed est potentia, anima nostræ inherens.*
- IV. *Intellectus possibilis, est simpliciter nobilior intellectu agente.*
- V. *Vt Obiectum utriusq; intellectus prædicti, est diversum; ita & actus eorum sunt diversi.*

D. O. M. qui intellectum dat paruulis, Honor & Gloria; Sedi Sapientiæ, Sanctissimæ DEIPARÆ Virgini MARIÆ immaculatè conceptæ, Cultus & Veneratio; Beatis Indigetibus cælorum, qui à DEO facti sunt in intellectu, præcipuè Diuo IOANNI CANTIO Patriarchæ Nostro, sapiens cor & docile omnibus desuper impetranti; & aliis Regni, ac Archilycei Cra-couiensis Patronis, deuotæ mentis victima.



Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.



